et Materna quae et quanta se Regtes post fata olim Parentum suorum in bonis Villis Wola Laskowa in Palatinatu Sandomirien, et Districtu Radomien consistentibus, Iure dominio et haereditario succedere concernunt cum omni eodem Iure, dominio, proprietate, haereditate, tituloque haereditario, Cumque omnibus et singulis eorundem Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis emolumentis obventionibus, attinentiis et pertinentijs suis Universis, Nihil ex praedictis Iuris, dominij et proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Regntibus, suisque Liberis, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, Sed omnibus in genere et singulis in specie comprehendo generi per speciem et e contra in nullo derogando Verum ita Late, Longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et Limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem bona ipsimet Regtes tenuerunt, habuerunt et possidebant ipsosque concernebant ac eisdem fruebantur. Illa carum et defacto Generoso Adamo Wolski fratri suo Regtium germano eiusque Posteris dant, donant ac titulo purae merae ac irrevocabilis donationis inscribunt et resignant. In quae quidem bona praefata per se Regtes resignata jam carum et defacto Iidem Regtes Generoso Wolski praefato fratri et Donatario suo eiusque Posteris coram officio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem quandoque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos vel quamcumque voluerit ostendere acceptandam. Per praedictum Generosum Adamum Wolski fratrem et Donatarium suum eiusque Posteros bona praefata per eosdem recognita, cum Universis ipsis Utilitatibus, fructibus et emolumentis tenendi, habendi, et possidendi suisque pace et quiete Uti fruendi bona praefata Vendendi ac prout eis tangere sua propria ad suos et suorum successorum quorum beneplacitos Usus, fructus, Libere et effectualiter convertendi Iurisdictionis eiusdem Donatario Regiae.

21/II 1654

Actum in Castro Premysliensi Sabbatho post diem Cinerum

Proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto.

Charzowski Mitkowskie Cedit.

Exigua.

5119

Comparens pers. coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premysliensi Generosus Sebastianus Charzowski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, foro, Iuribus, Iurisdictionibusque quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti se Castren. Capitali Premysliensi Iurisdictioni se cum Successoribus, ac bonis suis dictis quo ad Infra scripta totaliter et plenarie incorporando atque submittendo palam libere sponte ac per expressum recognovit: Quia ipse suo et Nobilium Stephani et Ioannis Charzowskich filiorum suorum pro quorum ratihabitione cavet, ac se praesentibus inscribit nomine, de omni et Integro Iure ex Protestatione de Cedo et Actione primum et originaliter ad Iudicium Terrestre Premysliensi, deinde seu remissione ad Officium et Iudicium Castren. Capitale Premysliensi Magnifico olim Ioanni a Boguszyce Boyski Castellano Sandecen. seu Illustri Alexandro Mitkowski, Nobilis olim Mathiae Mitkowski, cum olim Nobili Catherina Loszyczka procreatum filium, cum aliis consuccessoribus ipsis nimirum Nobilibus Ioanne Loszyczki et Marina Loszyczka, Nobilis Alberti Mitkowski Consorte, pro summa Decem Millium Marcarum Polonicalium, ratione per eundem olim Magnificum Castellanum Sandecen. statim post decessum olim eius Nobilis Alexandri Mitkowski ad se ita sibi quaesito primaria authoritate [illegible] gerendi et administrandi tutoris bona omnia mobilia in auro, argento, clenodiis, vestibus, vestimentis et ornamentis ad ornamentum muliebre et virile [illegible] post eundem olim eius Nobilem Mitkowski derelicta, totamque supellectilem domesticam in Stannis, cupro, ferro, sata hyemalia et aestivalia, nec non frumenta triturata nec non summas certas, Inscriptiones, contractus et omnia munimenta, Privilegia

legia et alia quaedam documenta possessionis sub applicatione rationem et
calculi eiusmodi Tutoris sui iuxta requisitiones Legum Regni et
Decreti Judicii Terrestris Premisliensis dare, reponereque iniuncti, non red-
ditionis, bonaque eiusmodi, summas et munimenta reddere et restituere
demandata non restitutionis instituta. Nec non de Lucris, Pertinentiis,
Vadiis Triplicatis ipsaque [illegible] et eius publicatione atque appro-
bationibus in Judicio Tribunali Regni Lublinensi obtentis, [illegible] et Decretis qui-
bus in causa Castri Generalis ac aliis quibusvis Decretis eisdem iniun-
ctis et ratione possessionum emergentibus. Tum de summis quibusvis eundem
Magnificum Mikołkowski [illegible] Iure concernentibus et eidem servientibus per
praefatum Magnificum Alexandrum Mikołkowski, Nobili olim Alexandro
Charczowski filio, et fratri [illegible] germano, Actis Castrensibus Pre-
misliensibus cessa et condescensa [illegible] eodem atque Castri praedicta
ipsaque Inscriptione cessionaria de praedicto Iure [illegible] dominio
directo proprietate et Possessione quavis Inscriptionis praedictae Cessionariae atque
Iure sub eiusdem [illegible] conditionibus, punctis, clausulis, articulis, liga-
mentis, Vadio, ac nexibus quibuslibet universis, summis quoque praedictis utilita-
tibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, obventionibus, attinentiis
et pertinentiis quibuslibet universis. Nihil ex praedictis Iuris et proprietatis [illegible]
nec pro se suisque [illegible], aut alio quopiam reservando, verum quo
praedictas Summas, [illegible] condescenso [illegible] praefatos filios suos
concernebant, ubique [illegible] serviebant. Iam ex nunc et de facto praefato
Nobili Alexandro Mikołkowski eiusque Posteris (accepta a [illegible] praedictis
[illegible] reali et sufficienti satisfactione) retrocessit et retrocondescen-
dit, quod praesens retrocedit et retrocondescendit omne et integrum
ius suum sibi et praefatis filiis suis ad praedictas Summas in Personam
eiusdem retrocessionarii sui ipsique Posteris totum et plenarie transtulit
transfudit et incorporavit, prout [illegible] praesens transfert transfundit
et incorporat perpetuo. Per ipsum Nobilem Alexandrum Mikołko-
wski Cessionarium suum eiusque Posteros summas praefatas cum ipsis Utilitatibus
et beneficiis quibusvis tenendi habendi et possidendi eandemque
tollendi, levandi et percipiendi, [illegible] tanquam sua propria

[illegible]

ad suos, et suorum Successorum proprios beneplacitos usus fructus libere et effective
convertendi praefati Iuris originalis ex dicta Lauda in se complectentem praesentis
retrocessionis et transfusionis vigore. Nihilominus idem Magnificus Andreas Charczewski
se ac suos Posteros, suaque bona sua quaelibet, Summisque pecuniariis quibus
habuit et habebit inscribit et obligat praedictos praefatos Nobiles Alexandrum et Jo-
annem Charczewskie filios suos vel in eventum mortis successores illorum
ad aggrediendum ad Tribunal, vel similem suo praeviter ... ad aetatem
juxta authentica Regni, posteaquam adoleverint Statuere, et eosdem adducere
ab eisque praedictum exequutione efficere. Idque sub Vadio. Decem Mil-
lium Marcarum Polonicarum per eundem Magnificum Andream Charczewski, sive
eius Posteros, praefato Nobili Milodrowski aut eius Successoribus ob non Statutio-
nem praefatorum filiorum suorum, sive eorum Poenam adsolvendam succumbendo.
Interea usque ad temporis Statutionis filiorum suorum debet et tenebitur Mradius
Magnificus qui se ac suos Successores in et super bonis suis quibusvis ac sum-
mis pecuniariis quibusvis supradicto Cessionario suo et eius Posteris inscribit
et obligat praedictum ipsum et eius Successores in supradicto Iure retrocesso et
... eiusdem Abbatiae et quavis impetitione quorumcunque Personarum
cuiuscunque conditionis Status et Sexus existentium ex re, Persona et Occasione supra-
dicta non Statuendorum filiorum suorum Statuendorum excipiendo in quovis Iudicio et Officio Regni
totiesquoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere, et liberare
Indemnemque ab Poenis reddere. Idque sub simili Vadio Decem Millium
Marcarum Polonicarum per eundem Magnificum aut eius Posteros supradicto Nobili Mi-
lodrowski retrocessionario suo aut eius Posteris ob non completionem praedictorum
omnium et singulorum totaliter in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad-
solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadiis modo praedicto adsol-
vendum succumbendis ac re aliqua simili ex praemissis non completa complenda
Citatus, eorum Mradius Magnificus Andreas Charczewski aut eius Successores ad Instantiam
supradicti Illis Milodrowski retrocessionarii sui aut eius Posteris ad Officium
Iuris Castrensis Capitaneatus Praemisliensis Terminum recepti supradicto quo Iure-
spondenti praesertim mediante, sed in primo Terminorum Tertio ... ... pro-
stare, ... parere respondere Vadium, vel Vadia praestare Luere, indivi-
si

ni Dni satisfacere, ac de iudicato pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem onera insimul et obligat. Alias dictum principalem serenissimum et alios ones exinde consequentes, Causa eius ex dicto Iudicio pro serenissimo Vera infirmitate, Pro Maiori Minore Unitate, Ducatum, legatione vitra Velextra Regnum, Servitio Militari, ad Munimenta, ad Tuitionem Vel aliis quibuscumque conditionibus et legalibus impedimentis non differenda ad quietationem Vltra per Iudicium Officium Castrense Capitale Premisliense deklarandam non revocandam: nullo dispositionibus Agitationes ac eandem prosequendas faciendo nec probatione omni generis Simplicibus Vel Duplicatis Evasionibus Dilationibus fatalibus Iuris Dilatione Terminis bello, Conventiones ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo. Atque id a Dni Interdum ad totam oram mediante.

Mirecki et Woiciechowski sese Quietat

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premisliensibus personaliter comparentes Generosi Alexander Mirecki ab Vna, et Joannes Woiciechowski partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a Iuris Dispositionibus, Iuris debitoribusque suis quibuscumque proximis et competentibus recedendo. Praesenti et Iuris dicti Castrensis Capitalis Premisliensis quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totum et plenarie subjiciendo et incorporando palam libere publice ac parce sequentem recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse. Cum Idem sese mutuo et invicem de summa certa inter se Recognitione de Actu et data eius Premisliensi die 24 Marty anno praesenti 1653 confecta manibus Regnum subscriptas, actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premisliensibus cum interpositione Vady Quinquaginta florenorum Polonicalium roboratas, ipsaque robora Interesse eiusdem quietant perpetuo. Interesse summam praefatam, eiusque roborationem in toto cassant. Recognitionem sibi ab Vtrinque in toto plene debitam Sufficienter satisfactionem.

Woiciechowski Drzeneva Quietat

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premisliensibus personaliter comparens Generosus Joannes Woiciechowski sanus mente et corpore existens a Iure